



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

De Gloria Et Honore Filii Hominis Liber XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

quæ sicut sæpe dixi, tu me adiurasti: idcirco sic ipsam narrationem transfiguravi, ut et rem ipsam veraciter dicerem, & tui persona non posset agnosci. ¶ Ultimo tandem libelli huius capitulo exoratus se esse nouerit, quisquis ista legerit, ut non quasi insipienter subannare, sed quasi modesti parvuli cum copatibus attendere uelit, illam uidelicet, quam in initio horum dixi, secundum uerba Sapientie dicentis: Noli regibus dare uinum, noli regibus dare uinum, quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas, ne forte bibant, & obliuiscant iudicio, & mutant eam filiorum pauperis. Date sicera merentibus, & uinum his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscant egestatis suae, & doloris non recordentur amplius. ¶ Verba ipsa quam recitavi, libet aliquantisper aperire. Lamuel, quod interpretatur in quo deus, ipse est Christus, de quo Apostolus dicit: Quisquid deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Hic sese gratum habere & gratanter adimplere consilium istud spiritus Sapientie, dicemus: Noli Lamuel regibus dare uinum & caetera, dicit in Euangelio: Confiteor tibi pater, domine caeli & terre quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Denique & hic reges, & ibi prudentes & sapientes idem sunt, scilicet superbi, sensu suae carnis inflati. Istis ait: Noli dare uinum, id est, noli aperire, in modo claudere diuinorum profunda mysteriorum. Quam ob causam: Vides licet, quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas, id est, nulla oris custodia, ubi scia inflat. Secretum illud non est tibi, quod eadem sapientia desiderans alibi, cum dixisset: deriuent fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide, subiunxit atque ait: Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Quia ergo secretum non est tibi, & alienis, id est, haereticis communes se faciunt: Noli (inquit) dare eis uinum, ne forte (quod saepe contingit) ita bibant, ut obliuiscant iudiciorum, & mutant causam filiorum pauperis, id est, ne male iudicent, de scripturis, & aliter interpretent, quam expedit salutem auditorum, quos tu pauper, tu ipse emittis & humilis corde filios tibi ex aqua et spiritu sancto regenerasti. ¶ Merentes & amaro animo siue egestes atque dolentes sunt iam dicti paruuli, id est, humiles, qualium est ille gemitus: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, qui in isto seculo consolari renouunt, & idcirco lugent, quia sponsus ab eis ablatus est. Istis date sicera, istis date uinum, id est, istis aperiat sensus, ut intelligant scripturas, legentes legem & Euangelium, & ita bibentes, nunc interim consolentur ex parte, donec ueniat quod perfectum est. Facite uos talem ego unus eram, quondam tam aetate adolescentiae, quam propria paruulus estimatione, ita tunc scierat lugens, & cum beato Iob, dicens: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria nec laude digna. Sed bibi sicera, bibi uinum, eo modo uel ordine, quo fideliter denarraui, in quo quia (ut puto) satis feci tibi, iam nunc istorum sine faciens, interruptum subnectam siue repetam, ut compleam quod superest operis de gloria & honore filii hominis, sperans quod in proximo te uisurus sim.

Deprecatio ad lectorem.

Prouer. 31.

Lamuel, id est in quo deus, Christus est. 2. Cor. 5. Mat. 11.

Coloss. 2. Nullum secretum ubi regnat ebrietas. 1. Cor. 2. Prouer. 7.

Date sicera merentibus. Psal. 119. Mat. 2.

1. Cor. 13.

Iob, 3.

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS LIBER XIII.



BENEDICTA GLORIA DOMINI de loco Sancto suo, ait illa, quam audiuit Propheta (ut longe superius memorare iam coeperam) uox commotionis magnae, & uox alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & uox rotarum sequentium animalia & iterum uox commotionis magnae. Ab illa commotione o gloriosum animal, quod nunc uidemus per speculum & in aenigmate, iuxta se pediculus flumens Chobar, aial quatuor facierum, quae tua quatuor sacra sunt, scilicet incarnatio, passio resurrectio, atque ascensio, illam faciem tuam iam iuxta propositum laudare cupimus quae recte dicitur facies leonis, uidelicet fortissimam atque iunctam uirtutem tuam resurrectionis. Eiusdem commotionis

Ezech. 3.

Facies leonis, sacramentum resurrectionis domini

Mat. 27.

9 4 monumentum

monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt, non ante
 resurges, sed te primogenito mortuorum resurgente surrexerunt. ¶ Eatenus se continuerat
 facies leonis, agente uel patiente quod suum erat uituli facie, donec diceret, consummatus est, &
 inclinato capite traderet spiritum, & patefacto latere lanceam militis, exiret sanguis & aqua res
 demptionis animarum simul & corporum precium. Statim & ex tunc (ut uerbis Sapientiae loquar) si
 cut fremitus leonis, ita & ira regis, & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius. Cui quareso
 statim ira regis, sicut fremitus leonis? Nonne inferno & sempiterno morti, diabolo tenebrarum
 principi, antiquo peccatori, praeposito mortis? Et cui uel quibus hilaritas eius, sicut ros super her
 bam? Nonne omnibus sanctis siue electis quae expectauit eum ab origine mundi? Talem fremitum
 tanti leonis quomodo senserunt spiritus illi, quoniam quidem terra insensibilis & inanimata sensit? Mota est
 enim, & motu suo cum scissura petrarum fremitum illum se sustinere non posse clamauit. ¶ Ecce haec
 hilaritate uultus eius quomodo senserunt Abraham Isaac & Iacob, & ceteri sancti, quoniam quidem & latro
 confitens sicut rorem sensit? Audierat enim paulo ante sibi dictum ab illo, Amen dico tibi
 Hodie mecum eris in paradiso. ¶ Pulchre igitur dictum, & ueraciter adimpletum est. Iuda te lau
 dabunt fratres tui. Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum. Adorabunt te filii praestitui. Ca
 pitulum leonis Iuda, ad praedam filii mihi ascendisti. Requiescens accubisti ut leo, & quasi leona
 Quis suscitabit eum? Scdm haec & his similia, quae & uox aliarum animalium peruenientium altera ad
 alteram, & uox clare perfonat rotarum animalia sequentium, id est, scripturarum ueterum sacramentis
 Euangelicis consonantium, recte dicta est haec facies leonis esse a dextris. ¶ Nam facies uituli
 a sinistris, per quae uidelicet sinistra significata est aduersitas passionis, & facies leonis (ut iam
 dictum est) a dextris, per quae designat prosperitas uel gloria resurrectionis. Sinistra autem dixerim
 pro infirmitate assumptae humanitatis, saluo eo quod sicut resurrectio carnis eius nostris cor
 pibus, ita & passio eius nostris animabus dextera est. Nam per passionem eius primam, quae est
 animarum, resurrectionem habemus, & per resurrectionem eius, resurrectionem secundam, quae corpo
 rum est, in uitam aeternam expectamus. Sibi ergo soli facies uituli, id est, sua passio a sinistris erat,
 scdm quod tristis erat anima eius, & tacebat & pauebat. ¶ Nam interim pro causa ualde necessa
 ria dexteram eius pater tenebat, id est, fortitudinem eius differri uolebat, ut ea non iam tunc, sed
 oportuno uteret tempore, iuxta quod illi in Psalmo competit dicere. Tenuisti manum dexteram meam
 & uoluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Nam & si cuiuslibet sancti uel iu
 sti uox ista esse potest, nihilominus & multo magis ex persona huius eam intelligi decet. Na
 reuera iuxta quod ipse orans, dixit: Veruntamen non mea uoluntas sed tua fiat, deus per manum eius
 dexteram tenuit, deus pater sua uoluntate illum obediens repressit ad ipsius fremitum leonis. Qui
 paulo ante, scilicet postera die, quam passurus ingressus est ciuitatem, leuiter se excutens cum paruo
 flagello, quem fecit de resticulis, tantam multitudinem uendentium & ementium de templo eiecit,
 & mercimonia suae lucra eorum cum cathedris euertit. Et deinde cum traderet, dicens, quem queritis,
 ego sum, totam cohortem praesidis & ministros pontificum cum traditore praestruit. Eo usque tenuit dexteram
 illam, ut non saltim descenderet de cruce, dicens Iudeis: Si rex Israel es, descende nunc de cruce & cre
 dimus tibi. Postquam ergo tenuit manum dexteram eius, & in uoluntate sua deduxit eum, fecit, & quod prin
 cipale, & cum gloria suscepisti me, id est, a mortuis gloriose suscitasti me. ¶ Nunc iam supra scripto, prophete
 tiae capitulo sermo attentius innitatur, & scdm uerba ipsa, quod ad iam dictum fremitum leonis pertine
 at, aliquid loquamur. Et audiui (inquit) post me uocem commotionis magnae. Benedicta gloria domini
 de loco sancto suo, & caetera ut supra. Sicut hic in prophetia semel & iterum audita habemus
 uocem commotionis magnae, sic & in illo fremitu leonis, scilicet & in descensu ad inferos, & in resurre
 ctione Iesu Christi factum esse terrae motum, iam supra diximus, magnae commotionis ini
 tium fuisse simul & praesagium. Initium, quia protinus cum ipso terrae motu ablatum est ab
 eis omne caeleste praesidium, clamantibus (ut Iosephus quoque testatur) praesidiis templi
 uirtutibus transeamus ex his sedibus. Praesagium, quia uidelicet in eo quod uelum templi
 scissum est, nobis quidem reuelatio caelestium mysteriorum, sed illis scissura uel cum
 scissura petrarum praesagium fuit impacabilium seditionum, quibus ex tunc inter se discissum
 sunt, excitantes etiam contra semetipsos romani imperii terremotum. ¶ Hanc denique partem
 fremitus leonis simul memorare libet, quoniam & alius Propheta, uidelicet Amos, cuius
 incipit, Dominus de Syon rugiet & de Hierusalem dabit uocem suam, & luxerunt speciosa palatiorum,
 & exierunt

Col. 1.
Iohan. 19
Sicut fremitus
leonis, ita &
ira regis

Prou. 19

Hilaritas regis,
sicut ros
super herbam
Luc. 23
Gene. 49

Ezech. 3.

Facies leonis
a dextris

Mar. 14.
Pater in passi
one tenebat
dexteram filij
Psal. 72.

Matth. 26

Mar. 11.

Iohan. 18.

Mat. 27
Psal. 72
Fremitus leo
nis, uox com
motionis ma
gnae.

Iosephus de bel
lo Iud. libr. 7
ca. 12.

Dñs de Syon
rugiet,
Amos. 1.

& exiccatus est uertex Carmeli. Quamnam fuerunt illa speciosa pastoz, nisi illa, de pulcher
 rimo templo Iucra Pontificu suae sacerdotum? & qd uertex Carmeli (quod interpretat scia
 circumcissionis) nisi supbia Iudaici populi, carne quide circumcisi, sed corde & auribus in
 circumcisi? Luxerunt ergo (ait) speciosa pastoz, & exiccatus est uertex Carmeli, id est, de
 solata e ciuitas & templum, sup quo gloriabant pastores illi, dicentes: Templum domini, te
 plum domini, templum domini est: & ablatu est a Iudaeis, omnis uiror gratie spiritualis,
 mandatum quippe est nubibus, ne pluerent imbrem sup illum supbia uertice, mandatum
 est Aplis, ut excussio puluere pedu in eos, ipsi ad gentes transiret. Ista sunt quatuor partes
 illius commotiois magna, cuius uoce (ut praemissum est) sanctus Ezechiel audiuit post se.
 Nam dñs de Syon rugiet: hoc recte intelligit, dñs tanq Leo siue catulus leonis infernum
 cofringet, & ante facie eius mors fugiet, iuxta illud, qd ia supra memini, catulus leonis Iu
 da, ad praedam ascendit filii mi. Et de Hierusalem dabit uoce suam, id est, incipiendo ab
 Hierusalem praedicari faciet in nomine suo cunctis getibus pccnitentiã. Eiusmodi autẽ uox
 dñi, scz praedicatio Euangelij: nunquid nõ & ipsa rugitus leonis est? Iustitia em dei in eo re
 uelat, ait Apłus. Reuelat em ira dei de ccelo sup omnẽ impietatẽ, & iniustitiã hominũ, eo
 rum qui ueritatẽ dei in iniustitia detinent. ¶ Differunt tamẽ praesenti loco rugitus domini,
 & uox ipsius quam dedit. Rugitus nanq; solus infert timore, uox aut loquelam exprime, cum
 terrore habet etiam doctrinae ratione: Et dominus nimirũ sup infernũ solũmodo ru
 giet, & rugitu suo mortẽ exterruit atq; fugauit: mundo autẽ id est, cunctis gentibus uocem
 suam dedit, doctrinae ratione expressit, uocẽ (inquã) suam scilicet loquẽdo in Euangelio p
 semetipsum, qui prius dederat uoces Moyfi & prophetarũ. Hinc est uel fuit illa supra di
 cta commotio magna. Cõturbatae sunt getes (ait Psalmista) & inclinatae sunt regna, dedit
 uocẽ suam, mota est terra. Nec uero simplex cõmotio illa. Nam alij moti sunt, ad psequen
 dum: alij ad agendam pccnitentiã, credẽdo iudiciũ futurũ, scdm uocẽ alarũ animaliu, alte
 ram ad alteram pcutiẽtiũ, & scdm uocẽ rotarũ animalia sequẽtiũ. ¶ Altera nanq; ad alterã
 ala pcutit: quia duo sunt aduẽtus leonis huius, & alter de altero cõfirmat: secundus in quo
 iudicaturus est de primo, in quo est iudicatus. Magna & fortis pcutio alarum hmõs, & p
 cussiois uox ualde terribilis. Exempli gratia, cũ dicit: Ammodo uidebitis filiũ hominis
 ueniẽtẽ in nubibus caeli. Et angeli dicunt, sic ueniet, quẽmodum uidistis eũ eũtẽ in cœ
 lum: quod profecto testificat uox rotarum, uox legis, & prophetarũ, & psalmorũ: Tunc
 erit & alia commotio magna quando sic ueniet ille iudicaturus. Nam & uirtutes caelorum
 mouebunt. Vnde nõ otiose repetiuit, qd iam semel dixerat, & uocẽ commotionis magna.
 Hac pro illo terramotu dicta sint, qd uidetis & quod eo morietẽ, & qd eo resurgẽte terrã
 motus factus est, magna cõmotiois signũ fuit, de qua pro rerũ magnitudine nulla pot lin
 gua sufficĩter eloqui. ¶ Quã tandẽ uel qd est gloria illa dñi, quã praedicat & benedict, tã
 animaliu q sequẽtium rotarũ omnis uox, dicẽdo: Benedicã gloria dñi de loco sancto suo.
 Quid (inquã) est gloria ipsa, cui maxime propositũ nostrũ intẽdit, in p̄senti ope de gloria & ho
 nore filij hois? Quo alio noie, ut melius possit agnosci, nuncupanda est glã dñi? Nẽpe isto
 noie, qd est ueritas dñi, & ipsa ueritas dñi, qd est nisi uerbũ dñi? Veruntũ causã postulat, et
 causã dicuri sumus, cur ipm uerbũ dñi, in quo gloriã dñs, libeat p̄nti loco nũcupare ue
 ritatẽ dñi. Cũ staret sub iudicio ante p̄sidẽ, ipm incarnatũ uerbũ domini, et interrogãti et di
 cẽti, ergo rex es tu, respõdit et, tu dicis, qd rex sum ego: statim causã suã, causã aduẽtus si
 ue incarnationis suã taliter edixit: Ego in hoc natus sum, et ad hoc ueni in mundum, ut te
 stimoniũ phibeã ueritati. Ois qui est ex ueritate, audit meã uocẽ. Magnum ualde capitulũ
 et in breui sermone sensus pergrandis, quẽ si affecutus es, tunc reuera dicas: Benedicã glo
 ria domini. ¶ Ut ergo clarecat ipsa ueritas, quanta sit gloria domini; et q̄ gloriosum opus
 huius filij hominis, moriendo et resurgendo testimoniũ phibere uel phibuisse ueritati, pri
 mo consideranda est ipsa facies ueritatis qualis sit. Non em hic uulgariter nomen ueritatis
 debet accipi, id est, eo modo tantum, quo nominari solet in nostris quoq; cõsibus uerbis iux
 ta quẽ modũ ethnicus quoq; siue comicus ille ueritatẽ nominare potuit, dicẽs: obsequium
 micos, ueritas odiũ parit. Vnde ergo uel p quid iuuari melius possis ad cognoscendam fa
 ciẽ ueritatis, quam ex eo quod illi oppositum est, scilicet ex inconstantia uanitatĩ? Cuius
 quã

Hierẽ. 7
Esa. 5.

Mat. 10.

Gene. 49

Rom. 1.
Differũt rugit
rus & uox de
mini,

Psal. 49

Alarũ alterã
ad alterã per
cutitur.

Mat. 24.
Actu. 1

Mat. 24

Bñdicã glã
domini, e uer
ritas & uerbũ
domini

Iohan. 14

Veritas hic
opponit uan
tati.

Terentius ut
Andria;

Exod. 7. & 8. quæso uanitatis: Est em̄ tam amplū nomen uel significatio uanitatis, ut nō solū phantasma
 ta diaboli, qualia fecerunt Magi in Aegypto corā Pharaone, contra ueritatē dei ueritatē
 Eccl̄astes. 1 cuncta quæ fiunt sub sole, uana dicantur & sint. Vanitas uanitatū dixit Eccl̄astes, uanitas
 uanitatū, & om̄ia uanitas. Et post enumeratiōes multorū, quæ sub sole fiunt, uidit (inquit)
 in om̄ibus uanitatē & afflictionē animi, & nihil p̄manere sub sole. ¶ Nimirū cū cūta quæ nō
 Bona r̄palia dicunt uana, nō ex natura, sed p̄pter male uentē.
 Eccl̄astes. 2 p̄manēt, p̄pter hoc ip̄m quia nō permanēt, uana esse iudicauit: Veruntū ut hæc uana esse
 iudicent, seu uanitatis arguant, non tam tēporalis conditio ip̄sorū, quā cupiditas meret hor
 minū: qui nimirū uani & falsi sunt, dū in eorū usu siue affluentia beatitudinē sibi cōstituere
 p̄sumūt. Deniq; & ædificare domos, & plantare uineas, & facere hortos & pomeria, possi
 dere seruos & ancillas, multāq; familiā habere, armenta quoq; & magnos ouīū greges, au
 rum & argentū & substantias regū ac puinciarū, & cætera hm̄oi, sancti quoq; patres Abra
 ham, Isaac, & Iacob, & Iob, & Dauid possidere potuerūt: nec tamen ea possidendo in uani
 Gene. 1. rate ambulauerunt. Ad summū uidit, deus (inquit scriptura) cūcta q̄ fecerat, & erat ualde bo
 j. Tim. 4. na. Et de cibis Ap̄ls loquit, quia om̄is creatura dei bona est, & nihil reijciendū, quod cum
 i. Johan. 2. gratiæ actione percipit. Ergo ut uana iudicentur, non ip̄sorū natura, sed male uentū facit
 affectus, quando nimirū uel superuacue diliguntur, uidelicet p̄r concupiscentia carnis, &
 cōcupiscentia oculorū, & superbia uitæ. A quibus nos reuocans Iohannes ap̄ls: q̄m̄ (inquit)
 om̄e qd̄ est in mundo cōcupiscentia carnis est, & cōcupiscentia oculorū, & superbia uitæ:
 Vanitas uani quæ non est ex patre, sed ex mundo est, & mūdus transit & cōcupiscentia eius. ¶ Semota
 ratū, est altitu itur mediarū multitudinē uanitatū, summā uanitatē, & quæ recte dicat uanitas uanitatū,
 do satanæ. explorare libet, quatenus ex deprehensione illius uictæ partis notior fiat hæc pars uictrix,
 scilicet ueritas dei, uictorię laudē adepta per testimoniū huius filij hoīs, quæadmodū dixit,
 Ioh. 18. ut supra iam memini. Ego in hoc natus sum & ad hoc ueni in mundū, ut testimoniū perhi
 Apoca. 2. beā ueritati. Explorata est, & ipsa est altitudo Satanæ, quæadmodū dicit (ait Iohannes ap̄ls)
 subauditur hi qui eū cognouerūt, uel stulte admirati sunt. Explorata (inquit) est, maxi
 Ezech. 29. tis Prophetis. Nam in Ezechiele deus exprobrat illi sub nomine Pharaonis regis Aegy
 pt̄i. Ecce (inquit) ego ad te Pharaon rex Aegypti, draco magne, q̄ cubas in medio fluminū tuo
 rū, & dicis, meus fluuius, & ego feci memetip̄m, &c. usq; eo qd̄ dixeris, fluuius meus est,
 Altitudo satanæ q̄ arrogat sibi gen̄phūa
 num, tanq̄ fa
 ctor eius & ego feci eum. ¶ Quid rogo est dicere, istū draconē magnū, meus est fluuius, & ego feci
 eū, nisi dicere, meū est humanū genus, & ego feci illud: Et unde putas illi altitudini satanæ
 ut hoc audeat dicere? Puta quod proinde gloriatur sic, tantūq; sibi arroget, quia nequissi
 mus uenenator per os serpentis sibilans, radicē nostræ originis in primis parentibus uiciā
 uit, ut tam multiplex ultra numerū succresceret propago generis humani, supra numerum
 Rom. 8. (inquit) eorū, quos deus præsciuit, & prædestinauit regi sui cōsortes fieri, quosq; in benedi
 ctione iussit nasci, benedicens enim dixit, crescite & multiplicamini. Nam reuera nisi inter
 cessisset præuaticatio, autore illo serpente maligno, non dixisset deus ad mulierē: multipli
 Gene. 3. cabo ærinas tuas & conceptus tuos, nō profuisset ex carnis liquore tantus fluuius tanta
 superfluitate abundans, imō superabundans humanū genus. Sic uanus & mendax nebulo
 Qual̄ intentio satanæ in nes
 q̄is & deces
 puomib⁹ suis,
 2. Thessa. 2
 illi malignus, ut proinde ausus sit dicere factore se humani generis, pro eo quia uiciator est
 humanæ originis. ¶ Qualis autem quā mala sit intentio uel semper fuerit, in operatione
 tanti aduersarij in omni uirtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione
 iniquitatis, quorū primū illud ex scripturis agnouimus, quod serpentem ingressus, & per
 os eius locutus, stultam mulierem admirationem fecit, eamq; seduxit: ultimū, quod hominē
 peccati, scilicet antichristū ingressurus est, & seducet eos qui iuste pereant, eo quod chari
 tatē ueritatis nō recepunt, credentes mendacio, iudicentur omnes qui nō crediderunt ue
 ritati, sed consenserunt iniquitati: qualis (inquit) intentio eius sit uel fuerit, operæ precij est, &
 ad præsens negociū pertinet hic breuiter edicere, ut (sicut p̄positū est) p̄ hoc oppositū bonā
 & utilē intētionē dei clarius queamus agnoscere. Hęc nimirū intētio eius fuit, quæ nūc fru
 strata ē p̄ Iesū Ch̄m, ut creatura cognoscere nō posset creatorē suū. Q̄ ob cam? Vc̄ qz
 Intentio Dei. cognoscere illū uita eterna ē, quā ille deo mortu⁹ & mortis autor oib⁹ iudet. ¶ Ec̄tra intētio
 dei oī opatōe suę bonitatis, i oī uirtute & signis & pdigijs ueracib⁹, in oib⁹ q̄s cōdidit scriptu
 ris ueritatis, hæc fuit & ē, ut creatura creatorē suū in ueritate cognosceret. Q̄ itidē ob cam?
 Nimirum

Nimirum quia cognoscere illū, uita eterna est, quā ille nobis cupit, quia bonus est: Nā hęc est uita eterna (inquit filius ad patrē) ut cognoscatur te solū uerū deū, & quē misisti Iesum Christum. Causa ista uere magna est, & digna deo, propter quam uoluerit cognosci et glorificari, & admirabilis fieri, magnumq; certamen suscipere contra illam intentionem diaboli, quo posset, uincendo illū, melius cognosci: eo qd fructus cognitionis eius, uita eterna creaturæ sit, Quemadmodum Iamnes & Mambres resistunt Moysi, ita & hic resistunt ueritati homines corruptimēte, reprobi circa fidē, sed ultra non proficiunt. Inspicientia enim eorū manifesta erit omnibus, sicut & illorū fuit. Igitur ut certamen per amplū atq; diuturnum, diffusum in uniuersitate melius per cōpendiū perspicias in parte: sit tibi Pharaō ille carnes, tanquā spiritualis Pharaō diabolus: sic illa localis Aegyptus, tanquā totus mundus sic Israelitæ peregrinantes in illa Aegyptō, tanquā omnes ele cti dei degentes captiui in hoc seculo: sic omnis temporis illius Aegypti tanquā omnes hoies reprobi, & à deo alieni: sic illi duo magi, tanquā omnes ministri Satanæ, quicunq; resistunt ueritati, maleficijs siue quibusda arcanis & incantationibus maxime armati: sic Moyses & Aaron, tanquā oēs sancti & prophete uel iusti, quicunq; doctrinā uel ministri ueritatis assecuti, ad hoc missi sunt & in hoc steterūt, ut testimoniū phiberēt ueritati. ¶ Quo tendebat Pharaō, uocās sapiētes & maleficos, ut facerēt etiā ipsi p incantationes Aegyptias & arcana quædam, similiter ut Moyses & Aaron, prouocantes singuli uirgas suas, quæ cōuersæ sunt in dracones: & conuertentes aquas in sanguinē, & educentes ranas sup terrā Aegypti, similiter ut Moyses & Aaron, licet ultra proficere nō potuerūt: Quo tendebat, nisi eō, ut dñs deus Hebræorū diceret nō posset, qd dicebat, tu scias qd nō sit similis mei in omni terra? At ille & magi ipsius resistunt quidē ueritati, sed ultra nō profecerūt, & inspiciētia illorū manifesta fuit, dū p imolationē agni tandē effectū est, ut cātare liceret Israeli. Quis similis tui in fortibus dñe: quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atq; laudabilis & faciēs mirabilia? ¶ Iuxta hūc modū qui spe catus est in parte, spectandū est & in uniuersitate. Quo em̄ tendebat spiritualis Pharaō diabolus, adhibēs & subordinās sibi p mūdū uniuersum tēpla et sacerdotes arepticios siue phanaticos, magos & aruspices, poētas q; turpiū numinū declamatores, similiter (ut putabat) sicut deus, imō plures q; deus tantū in una gente habebat prophetas & sacerdotes. Quo tendebat nisi eō, ut nesciret mūdus, nebula eius obtenebratus, illud qd scire uita eterna est: scilicet q; nō sit deus nisi unus? Nō propositū nobis est demonstrare, sed neq; scire licet, quibus modis, quibus artibus hoies corruptos mēte in t suū deduxit, q nisi corrupti sua spōte fuissent, & uoluptatū amatores, odiūq; ueritatis habētes: nō tā facile, nō tā curiose, tantū admisisent creaturæ dei adulteriū: nō ignorantes iniquū esse & impiū, cū illo habere pactū, sed plane sciētes, & tñ obsequentes, propter illū (quē nimis diligebant) temporalē huius mūdi successum. ¶ Exempli gratia. Numa Pompilius, t tertius à Romulo rex, sacrorū Romanorū constitutor, cōscriptas eorūdem sacrorū causas, ipse quidem, quo ad uixit, penes se habuit, sed nec populo nec senatui, nec saltē ipsis sacerdotibus eas innotescere uoluit. Constat quippe qd curiositate illicita, ad ea dæmonū puenerat secreta, q; ipse quidē scriberet, ut haberet unde legendo cōmoueretur: sed tñ quāuis rex esset, q minime quēq; metueret, scire nec minē uoluit, ne hoies nefaria doceret: uiolare autē timuit, ne demones iratos haberet. Obruit ergo ubi tutū putauit, scilicet in sepulchro suo, cui appropinquare aratrū posse nō credidit, qd tamen factū est. Nā cuiusda Terentij bubulcus, cū iuxta sepulchrū eiusdē Numæ aratrū traiceret, libros illos ex terra eruit, & in urbē ad prætorē protulit. At ille cū inspexisset principia, rē tāta detulit ad senatū. Vbi cū primores quasda causas legissent, cur quidq; in sacris fuerit institutū, eosdē libros, ut prætor cōbureret, tanquā religioſi, patres censuerunt. Sed redeamus ad rem. ¶ Quam uano tumore in flatus ille Satanas, sibi met applaudebat, eō qd effecisset, ut non solū cætera dei opera, quorū sub sole nō permanet (ait Ecclesiastes) uerū etiā ipse homo an imaginē dei factus, uanitatis argui possit et ita ut scriptura q; diceret, Homo uanitati similis factus est, dies eius sicut umbra ptereunt. Item. Veritatem uniuersa uanitas, omnis homo uiuēs. Et itē, alia scriptura dicit, Homo natus de muliere, breui uiuēs tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Effecerat quippe

Iohan. 17

2. Timo. 3.

Allegoria in
historia Exo.

Exodi, 7. 8

Exodi. 17
Diaboli
intentio

addot qui

addotius

Numa Pom.
le. t secundus
Vide Aug. de
cui. dei. lib. 3
cap. 9. Itē. lib.
7. ca. 34.

Psalm. 143

Psalm. 38.

Iob. 14.

quippe duas homini mortes, alterā animę, alterā corporis: secundū illā mysticā similitudinē in Aegypto, uel (sicut iā supra dictū est) Magi corā Pharaone, cū duo essent, proiecerunt singuli uirgas suas, quę uersę sunt in dracones, nescientes futurę, qđ uirga dei, uirga Aaron uersa in colubrū, deuoraret uirgas eorū. Vñ appe solūmodo, qđ carnis est, mortē, deus homini bene prouidus intulit, dicēdo, ne forte sumat de ligno uitę & uiuat in æternū, emitō tens eū de paradyso, & dicēs ei, qđ terra es, & in terrā sis. Verūtamen & ipsa mors carnis, nō minus qđ mors animę autori diabolo ascribenda est, qđ propter peccatū, cuius ille autor extitit, utraq; mors in hūc mundū subintrauit. Itaq; uanus male gloriabatur, qđ optimā del creaturā, scilicet hominē, quasi uictor, uanitati & morti subiecisset; ignorans futurę, qđ (sic ut iam dictū est) uirga dei, uersa in colubrū, uirgas cōtrarias deuoraret, id est, mors carnis diuinitus prouisa, utraq; generis hūani mortē euacuaret. ¶ Quō iusto ecōtra dolore interita omnis creaturę angelicę & humanę pars electa dolebat, bene æmulans pro sui creatoris honore, eō qđ opus eius nondū ita esset consummatū in ueritate, ut obstrueretur os nebularis illius, gloriantis quasi pro uictoria, tanqđ oīno & inrecuperabiliter auertisset propositiōnē dei, parte angelorū detrahta, & uitiatā omni creatura hūana. Hinc Iohannes in Apocalypsi cū pręmississet, & nemo poterat in cœlo, neq; in terra, neq; subtus terrā, aperire librū, neq; respicere illū, & ego (inquit) flebā multū, quia nemo dignus inuentus est aperire librum, nec uidere eū. Deniq; in psona flentis Iohannis uniuersitatē intelligimus, & eorū qui erant in cœlo, id est, sanctorū angelorū, & eorū qui erant in terra, scilicet hominū iustorū, in quacūq; generatione uiuentiū, & eorū qui erant subtus terrā, uidelicet mortuorū, fidelium qui apud inferos longū uidendi gloriā dei habebant desyderiū. Omnes utiq; dolebant tanto dolore, quantū ille Iohannis fletus debuit significare, eo qđ nemo dignus inueniretur aperire librū, & soluere signacula eius, id est, adimplere sacramēta salutis nostrę, uel promissa quę in scripturis ueritatis clausa cōtinebantur. ¶ Ab aliq̄a similitudine capiamus argumentū. Cū ille Philistæus Goliath, stans clamaret aduersus phalanges Israhel, & diceret, quare uenistis parati in præliū? nunquid ego nō sum Philistæus, & uos serui Saul? eligite ex uobis uirū, & descendat ad singulare certamē, & post hæc & cætera hmōi, iactaret se dicēs, ego exprobratū agminibus Israhelis hodie: nimis dolebant oēs uiri Israhelitarū, qđ nemo inueniebatur qui auferret hoc obprobriū ab Israhel, cū pcederet idē Philistæus mane & uespere, & staret quadraginta diebus. Fugiebant oēs à facie eius timentes eū ualde, & dicentes, alter ad alterę. Ad exprobrādū Israhel ascendit, ad exprobrandas acies dei uiuētis. ¶ Quid autē erat obprobriū siue exprobratio unius hominis, pro causa eiusmodi in cōparatione tantę rei, tanti aduersarij, dicentis, Deus ego sum, & in cathedra dei sedi, & meus est fluuius, & ego feci eū, scilicet genus humanū? Si ergo dolore iusto dolebāt oēs Israhelitarū propter unū talē Philistæū, & propter illud tale obprobriū Israhel, qđ non habebāt uirū qui descenderet ad singulare certamen: quāto magis iure dolebant oēs sancti, & hoies & angeli, pro gloria dei, eo qđ non haberent, qui pugnaret cōtra talē tantūq; aduersariū, diabolū, secundū iā dictā similitudinē Iohānis multū flentis, eo qđ nemo esset inuētus, neq; in cœlo, neq; subtus terrā dignus aperire librū uel respicere eū: ¶ Igitur dñs pater uerbi æterni, & deus totius cōsolationis, qui nō statim, sed post quadraginta dies illius obprobrii, cū iā bene experti essent oēs Israhelitarū, qđ nō deberent cōsidere in uiribus suis, misit eis paruulū Dauid, quē prouiderat sibi regē in filijs Isai, in quo experimentū faceret uirtutis nois sui, dicente, tu uenis ad me cū gladio & hasta & clypeo, ego autē uenio ad te in noie dñi, ut sciat omnis terra, qđ non in gladio nec in hasta saluat dñs: ipse nō statim post uerbū promissionis, sed post generationes quadraginta, quāq; prima in ipso Abrahamā, quadagesima reputatur in Ioseph, misit filiū suū Christū (sicut ait Apłus) in plenitudine tēporis, qui saluaret nō in gladio, neq; in hasta, sed in sua hūilitate & patientia. Quis ita futurę crederet, qđ talis ille paruulus de domo patris cuius pascebat oues assumptus, tale experimentū daret uirtutis seu nois dñi? Nunqđ em̄ sic cōtigerat in Israhel. Sed nec quisq; eatenus prodiderat ex cunctis hostibus Israhel, qđ multi fuerant, taliter, ut ad singulare certamen prouocaret, & talē cōditionē proponeret. Si quieuerit pugnare mecū, & percusserit me, erimus uobis serui: si autē pualuero, & percussero eum, uos serui eritis, & seruietis nobis. ¶ Itaq; uenerabilis in puero causa, propter quam se

Gene. 3.

Roma. 7

Dolor em̄ ele
ctoz de lapsū
hois nondum
reparato

Apoca. 7

Goliath expro
bratū typus di
aboli.

1. Reg. 17

Maior expro
bratō diaboli
Ezech. 28. 29

1. Reg. 17.

Gala. 4.

1. Reg. 17.

in sepe periculo dedit, spem firmissimā habet in nomine domini, quod auferret obprobrium ab Israel, scilicet ut ultra non dicerentur, aut prevaleret eis Philistinum, venerabilis in quibus quae dixit, ut sciat omnis terra, quae est dominus deus Israel, & nouerit uniuersa Ecclesia haec, quae non in gladio nec in hasta saluat dominus, ipse enim est bellus. Sicut ergo, nisi cui deus reuelauerat per spiritum suum, existimare uel sperare posset, quod mortalis homo per omnia naturae in deum in ipsa sui conceptione assumptus, in hoc nasciturus, & ad hoc esset in mundum uenturus, ut tale testimonium phiberet ueritati, quem admodum dixit (quod iam superius memini) ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium phibeam ueritati. ¶ Quale enim uel quo modo, & cuius rei testimonium phibuit ueritati scilicet uerbo dei, uerbo deo quod illud assumpsit? Nimirum fidele testimonium phibuit .i. experientiam in semetipso dedit, quod ueritas quae non est aliud quam ipsum uerbum dei, non minus in humilitate seu infirmitate mortalis naturae, quam in maiestate seu fortitudine diuinitatis suae, non minus in profundo inferni, quam in altitudine caeli, esset insuperabilis, infatigabilis, incommutabilis. Huius rei testimonium phibuit ueritati moriendo, ad infernum descendendo, a mortuis resurgendo, & in caelum uenerat ascendendo, ut sciret omnis creatura angelica & humana, per hoc experimentum, quia uerbum domini manet in aeternum: & hoc sciendo ipsa quoque creatura uiueret in aeternum, nam haec est (inquit) uita aeterna, ut cognoscatur te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. ¶ Cuius unquam oculus hoc uidit? Cuius auris audiuit? Cuius in cor hominis ascendit, quod taliter deberet fieri, nisi prophetarum paucorum, quibus deus per spiritum suum reuelauit. Ut de hominibus taceam, nunquam uel sancti totum hoc sacramentum sciebant omnes angelis? Denique Apostolus dicit: Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia haec in gentibus euangelizare inuestigabiles diuicias Christi, & illuminare omnes, qui sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in deo quae creauit, ut innotescat principibus & potentibus in caelestibus per Ecclesiam multiformis sapientiae dei, secundum praefinitum saeculorum quae fecit in Christo Iesu domino nostro. Non dixit, ut innotescat Ecclesiae per principatus & potestates quae sunt in caelestibus (quod minus mirum uideret) sed ut innotescat per Ecclesiam principibus & potentibus in caelestibus multiformis sapientiae dei, quae fecit in Christo Iesu, ita uidelicet ut uidentes glorificatum caput eiusdem Ecclesiae, admirentur, & dicant: Quis est iste qui uenit de Edom, tinctus uestibus de Bosra, iste formosus in stola sua, gradus in multitudine fortitudinis suae. Et alibi: Quis est iste rex gentium, quae est iste rex gentium? ¶ Quorum ne omnino ignoremus admirationem, quod uere digna sit, consideremus (quo ad possumus) re tanti sacramenti, quod a saeculis absconditum innotuit eis, secundum haec ipsa uerba beati Apostoli: Data est mihi (inquit) gratia in gentibus, euangelizare inuestigabiles diuicias Christi & cetera ut supra. Pulcherrimas & ualde preciosas diuicias Christi, quas eisdem filio suo thesaurizauit diues pater deus, quae omnia creauit, quae alias uult intelligi, nisi eas, quas continet Gazophylatium dei, Gazophylatium Euangelij eiusdem Iesu Christi: Quas enim alias inuestigabiles diuicias ipse, qui haec loquitur, Apostolus in gentibus euangelizauit? Ergo diuicias Christi, diuicias inuestigabiles sunt omnes gratiae uel dona spiritus sancti, omnis habitans in eo corporaliter plenitudo diuinitatis, plenitudo gratiae & ueritatis, quae uidimus (ait Euangelista Iohannes) gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenam subaudiit, uidimus eum gratiam & ueritatis. ¶ De hominibus diuitijs aliquid dictum, prius dicendum arbitramur de illa dispensatione sacramenti absconditi, in deo & ante de ipso sacro abscondito a saeculis aeternis in deo quae omnia creauit, Cuius quae de absconditione sacramenti haec dicit: Cognito namque sacro siue absconditione sacramenti, tunc demum sine scrupulo uia sepe ostendit ad cognoscendam dispensationem sacramenti, de qua dixit, & illuminare omnes qui sit dispensatio sacramenti absconditi. Quis ergo intelligi uult nomine sacramenti absconditi a saeculis, subiungendo, in deo quae omnia creauit? An forte eam ipsam secretam, propter quam deus omnia creauit? Non enim frustra uel otiose, tale prout loquitur relatione fecit, dicens, in deo quae omnia creauit; & quae causa est, propter quam deus omnia creauit, nisi iste filius hominis? ¶ Religiose dicendum, reuerenter est audiendum, quia propter istum filium hominis, gloria & honore coronandum, deus omnia creauit. Unde idem Apostolus ad Hebraeos cum promississet, uidemus dominum Iesum propter passionem mortis gloriae & honore coronatum, ut gratia dei pro omnibus gustaret mortem, ita subiungit. Decebat enim eum, propter quem omnia, & propter quem omnia, quae multos filios in gloriam adduxerat, autem torrens salutis eorum pro passione consummari. Diligenter aduertendum, duo dixit, propter quem omnia, et propter quem omnia. Et quod propter quem omnia si solum dixisset, non esset adeo mirum siue incognitum: scimus enim omnes, quae omnia pro ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nunc autem duo haec dixit, prius, propter quem omnia: deinde, & propter quem omnia. Ergo ipse causa est, propter quam uidelicet eam deus creauit

Dauid paruum
lus typum Christi
gererat,

Iohan. ja.
Quo testimonio
nisi perhibuit
ueritati Christi

Esa. 40.
Iohan. 17
Sacris facta etiam
angel abscon
dita fuerunt,
Ephe. 3

Tex. sapia,

Esa. 63.
Psal. 27.

Ephe. 3

Iohan. 1
Dispensatio sa
cramenti abscon
diti.

Ephe. 3,

Propter filium
dei creata sunt
omnia.
Hebr. 2

omnia,

Gene. 7.
Pla. 32. & 148

forte t pate
at.
Quatuor sa
cramenta ad
salutem neces
saria

Ezech. j. & jo
Admiratio
angelor sup
ijs. Ephe. 3.
Luca. 2
In Christo in
carnatione

In passione
Luca. 22.

Mat. 26
In resurrectione

Iob. 38
Psalm. 23.

Luca. 24.
In ascensione
Actu. j.

Ephe. 3.

Ardua Quae
stio de oipos
taria & uolun
tate dei.
j. Cor. j.

omnia, & q̄ pulchre, q̄ uenerabiliter sac̄m appellauit, absconditū à seculis in deo q̄ oia crea
uit. Deniq; cū diceret deus, fiat hoc uel illud, fiat firmamētū i medio aq̄, fiat lumina, &
illuminēt terrā, & ita fieret; sciebāt angeli de his & de ceteris, q̄ p̄ uerbū fierēt, c̄m de oibus
ipse dixit & facta sunt, ipse mādauit & creata sunt. ¶ Causa aut, cur hęc oia faceret, abscondi
ta erat in deo, & idcirco cā ip̄a recte d̄ sac̄m, q̄a hoc erat in deo absconditū. i. soli deo cog
nitiū, p̄pter qd̄ & angelos creasset, & fabricā huius m̄di cōderet; Nūc aut̄ innotuit, & an
gelis in cœlestibus & hoibus in terra, q̄a p̄ quē facta sunt oia, p̄pter ip̄m etiā facta sunt oia.
Qd̄ ut lucidius t̄pareat, iā de disp̄satioe sacramēti eiusdē dicendū est. ¶ Et illuminare (in
q̄) om̄is, q̄ sit disp̄satio sacramēti absconditi à seculis in deo q̄ om̄ia creauit. Eor̄ q̄ p̄cipua
sunt, i disp̄satioe sacramēti. i. causā secretē, p̄pter quā deus oia creauit. s. uerbi dei, filij dei,
eiusdēq; filij hois, p̄pter quē c̄m̄ia, & p̄ quē om̄ia, sicut iā dictū est: eor̄ (in q̄) primū e opus
incarnatio, sc̄m passio, tertium resurrectio, quartū ascētio, de q̄bus quatuor sacramētis, ad
aeternā salutē necessarijs (nā absq; hor̄ fide nemo p̄t saluari) hic nobis sermo est scribēdus
de gl̄ia & honore filij hois. Sic nāq; accipimus unū sac̄m, qd̄ erat in absconditione illa, & qua
tuor facta q̄ apparuerūt in disp̄satioe ista, sicut in uisioe p̄phetica, de q̄ in hoc ope iā sepe di
ctū est, unū aīa & quatuor accipimus facies, sive quatuor aīalia. ¶ Nūc uide in ista quater
naria disp̄satioe sacramēti, quō s̄ndi angeli mirantes inter fuerint, c̄m Ap̄lus de isto sac̄o
dixit, ut innotescat principibus & pt̄atibus in cœlestibus p̄ Ecc̄liam multiformis sapiēz dei.
Nato illo de uirgine Maria, ip̄a nocte pastorib⁹ angelus locutus ē cum claritate magna, &
mox ut ille gaudiū magnū annūciauit, dicēs: q̄a natus est uobis hodie Saluator, q̄ est Ch̄s
d̄ns in ciuitate David, subito facta est cū illo multitudo militiā cœlestis laudantiū deū, &
dicentiū: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hoibus bonæ uolūtatis. Nimirū iure lauda
bāt, recte admirabant & glorificabant, quia magnū innotuerat eis sac̄m, q̄a uidebāt eiusdē
dei & d̄ni sui in terra nō minorē humilitatē suē clementiā quā uiderāt in cœlo maiestatē si
ue potentiā. Itē cū pateret, cū in passioe agonizaret, nimirū p̄ntes aderāt angeli, ad tā misē
p̄tentiā & humilitatis eius spectaculū. An q̄a de uno solo narrat Euāgelista, quia apparu
it ei angelus de cœlo cōfortiās eū, putas, q̄a nō plures affuerūt? Imō & illos p̄ntes habebat,
& si uoluisset uisibiliter exhibuisset, de q̄bus Petrus dicebat. An putas, q̄a nō possum roga
re patrē meū, & exhibebit mihi mō plusquā duodecim legiōes angelor̄? Itē cū resurgeret
à mortuis, ex abundanti est astruere, q̄a læti & iocūdi exceperūt eū oēs sancti angeli, & sicut
alibi scriptū est: Laudaueit eū astra matutina, & iubilauit oēs filij dei, attonitū p̄ gaudio tā
ti sacramēti, qd̄ innotuerat eis, ita ut dicerēt: Quis ē iste rex gl̄ia? q̄s iste rex gl̄ia? & r̄i de
rent ip̄i suā admiratiōi, d̄ns fortis et potēs, d̄ns potēs in p̄lacio: ip̄e est rex gl̄ia, d̄ns uirtutū
ip̄e est rex gl̄ia. Sufficiebāt duo ex illis ad iudiciū suē p̄ testimonio magnā cūctōr̄ festiui
tatis, sedētes uisibiliter ad monumentū eius in albis. Itē cū ascēderet, et ap̄l̄ intuerent eū cū
tē in cœlū, magnā cunctōr̄ beator̄ spiritū festiuitatē satis iudicauerūt duo ex ip̄is, q̄ asti
terūt iuxta illos in uestibus albis. Hęc idcirco dicta sint, ut aliq̄tenus p̄sentire queamus, q̄
magna, q̄ læta fuerit admiratio sanctis angelis sup̄ illo sac̄o, sc̄m hac uerba B. Ap̄l̄i. Et il
lumina re oēs quæ sit disp̄satio sacramēti absconditi à seculis in deo q̄ creauit om̄ia, ut inno
tescat principibus et pt̄atibus in cœlestibus p̄ Ecc̄liā multiformis sapiēz dei. ¶ Adhuc de
ista uera d̄ni gl̄ia, seu ueritate gloriosa, q̄ diaboli uanitatē et mendaciū taliter uicit, aliq̄ dictū
ri, magno eiusdē d̄m̄ur amore ueritatis, ut nō intadā p̄tereamus illā stultitiē susp̄sionē,
quā Ap̄l̄s in gētibus redarguēs, nos aut̄ (in q̄) p̄dicamus Ch̄m Iesum crucifixū, Iudæis q̄
dē sc̄adaliū, gētibus aut̄ stultitiā. Stultū nāq; uisum ē gentiū sapiētibus, qd̄ deus, cū p̄dicetur
om̄ipotēs ut uere ē causas euenire p̄misit, p̄pter q̄s oporteret eū hoies fieri, & crucifigi, se
cundū stultā (ut eis uisum ē) p̄dicationē euāgelij. Quare nō potius fecit ut om̄ipotēs deus, q̄
tenus neq; hō caderet neq; angelus, atq; ita salua starent om̄ia, sine labore eius? Stultū nāq;
fuit, (aīūt sapientes huius seculi, quor̄ sapiam deus stultā fecit) stultū fuit, malle p̄ mortuis
mori, sicut p̄dicatis, quā p̄uenire malū suē cām, p̄pter quā oporteret necessario deū hoies
factū etiā p̄ homibus mori: malle p̄ reparādis ruinis laborare, q̄ creaturas angelicā atq; hu
manā, ne ruere possent, firmiter in ip̄o creatōis initio stabilire. Sc̄m istā seculi sapiētiā cōse
quēs uisum ē nōnullis etiā eccl̄iasticis, qd̄ deus uoluerit malū ip̄m fieri, p̄pter qd̄ oporteret
dei filij

Dei filiū hoīem factū (ut iam dictū est) mori, ne si aliter dicerēt, uiderent cōsequenter debe-
 re fateri, qđ de' om̄ipotēs nō sit. Itaq; utrobic; magna ē difficultas hūano se n̄ sui, & utrobic;
 p̄sumptoribus blasphemādi occasione parit. Aiūt em̄ isti. Si malū deus fieri noluit, malum
 aut̄ euenit, p̄pter qđ ip̄m usq; ad mortē laborare oportuit, ergo deus oīpotēs nō est. Aiunt
 ecōtra illi. Si deus oīpotēs est, & malū ne fieret auertere potuit, malū aut̄ eo p̄mittēte factū
 est, p̄pter qđ usq; ad mortē laboraturus erat, ergo deus sapiēs non est. Et ut de aliq; exēplo
 nos magis coartēt, idē sapiētes huius seculi, quoz; (ut iam dictū est) sapiētia deus stultā fecit
 dicere p̄t̄ si uolūt. Si potuisset fortissimus Sālon inimicos suos, oēs p̄cipes Philistinoz;, et
 cū eis tot uiros ac mulieres sic interficere, ut nō etiā ip̄e moreret; ¶ Inter mediū istaz; partiū exi-
 mus p̄ Augustinus, regiā tenens uia, dixit: Quis em̄ audeat credere aut dicere, ut neq; an-
 gelus neq; hō caderet, in dei p̄tate nō fuisset? Sed hoc eoz; p̄tati maluit nō auferre, atq; ita,
 & q̄ntū mali eoz; supbia, & q̄ntū boni sua grā ualeret, ostēdere. Veruntū cū hęc dicit, nō
 satis illoz; suspicionē perimit: q̄bus cū dei oīpotētia cōstet, cōsequēs esse uidet, qđ deus ma-
 lum fieri uoluerit, cū eo sciēte uel p̄sciente factū sit. Quid igit dicemus ad hęc, nisi esse ali-
 qđ qđ deus oīpotēs nō potuerit aut nō possit: Nec uero primū à nobis dicendū, imō lōge
 ante nos dictū est, qđ deus iniustus esse nō pōt. Sed & in Euāgelo Marcus hoc negationis
 uerbo uti nō dubitauit. Cū em̄ abisset dñs Iesus in patriā suā, dicētibus illis: unde huic hec
 om̄ia, nōne iste ē faber filius Mariæ? nō poterat (inqt) ibi uirtutē ullā facere. s. uirtutē fidei,
 uirtutē spei, uirtutē charitatis. Hm̄ oī nāq; uirtutes intelligi uoluit, subiūgendo, nisi paucos
 infirmos ip̄ositis manib; curauit, & mirabat; p̄pter incredulitatē eoz;. Si ergo dñm uirtutū,
 uer; deū, dei om̄ipotētis om̄ipotentē filiū dixit, in illis cōuicaneis eius nō potuisse facere uir-
 tutē ullā, qđ nō p̄ignorantiā errabāt, sed p̄ inuidiā blasphemabāt: quanto magis de illis spiri-
 tibus malis & malignis, supbis & inuidis, qđ gl̄ia creatoris inuidebāt, sane dicas, qđ non po-
 tuit in eis facere ullā uirtutē: ¶ An putas, qđ de uirtute in uitiū, & nō potius de uitiō in uitiū
 ruendo, & angelus cecidit de cœlo, & hō eiect; ē de paradyso? Nō em̄ ita cecidit, ut q̄rat
 sanctus, siue i aliq; sc̄tatis arce locatus, fieret iniquus: & in id, qđ sanctitati est cōtrariū, labe-
 ret; sed ad hoc ut sanctus fieret, deūq; cognoscēdo & diligēdo sanctus fieret, & ad sanctita-
 tē p̄iceret, & angelus in cœlo, & hō positus fuerat in paradyso. Nō ergo de sanctitate, quā
 nō attigerat, in iniquitatē, sed de loco in locū, de cœlo in istū caliginosum aerē, de māsoni-
 bus qđ in domo ab initio & angelis & hoibus multæ paratæ sunt, cecidit siue eiectus ille an-
 gelus, & cadēdo factus est diabolus, quia supbiuit, & sibi met ip̄e placuit, tanq̄ sibi sufficiēs,
 qđ nō fuit de uirtute in uitiū cadere: sed in eo, qđ factus erat, remanere. s. in uanitate, qđ qđ
 dam mediū est inter uerā & incōtaminabilē essentiā dei, & illud unde om̄ia creauit. s. nihil.
 ¶ Et cætera quidē nascentiū genera in id reuertunt unde facta sunt. s. in nihilum, & idcirco
 interim dū subsistunt, recte uana dicunt; & sunt, angelica uero & humana creatura, nō qui-
 dem in nihilū, ita ut om̄ino nō sit, sed in semetip̄a remanens, & deo qui uere est frui contē-
 mnens, nihilominus uana, imō & ip̄a uanitas est: uanitas em̄ uanitatū, dixit Ecclesiastes:
 Vanitas uanitatū & oīa uanitas et ip̄e hō uanitas, siue uanitati s̄ilis fact; ē. Et ip̄e diabol; nō
 solummodo uanus, uerum etiam totius uanitatis est princeps, quia deo frui contempsit, &
 in semetip̄o remanere noluit, ut iam dictū est. ¶ Vtrū in potestate dei fuerit, quatenus nec
 iste de cœlo, nec homo illum imitans caderet siue eijceret de paradyso, dicat ip̄e dei filius,
 om̄ipotens ex om̄ipotentē, deus ex deo. Non possum (ait) ego à meip̄o facere quicquā
 sicut audio, iudico. Vnde sciendū quia iudex iniustus est, qui à semetip̄o facit, id est, qui ali-
 ter iudicat qđ audit siue intelligit. Hoc facere deo impossibile est, iniustus em̄ t̄ omnino nō
 potest, & proinde sicut audiuit, sic illum iudicare oportuit, ut sese non communicaret aut
 impartiretur creaturæ illi, quæ ausa est uelle seipsam sufficere sibi. Salua igitur om̄ipotē-
 tia, salua beneuolentia dei, ruente diabolo, & homine decepto, malum accidit, propter qđ
 deum sapientem laudabiliter hominem fieri, & pro hominibus mori oportuit, aliterq; ho-
 mo saluari non potuit, & hoc nimirum sensu fidelis animus non segniōr, imō citatior fit ad
 occurrendum, & gratias agendum charitati dei, quia necessario propter nos tantum se hu-
 miliauit. ¶ Nunc ad illud longe superius memoratum Apostoli capitulū recurrere libet,

Iudi. 16.

Rñsio B. Au-
gustini

Hęc rñsio in
sufficiens

Mar. 6.

Angel; & ho-
mo nō de uir-
tute, se de uis-
tio in uitiū
cecidit

Aliter angel;
& homo, ali-
ter res cætere
dicuntur uas-
næ

Respōsio ad q̄
ficum alia,

Iohan. 5.

addo t̄ esse,

Heb. 3

Alia quaestio quo dicit: Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, q multos filios in gloria adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummari. Hic primū illud querere libet: Vtrum iste filius dei, de quo hic sermo est, etiam si p̄ctm̄, propter quod omnes mortimur, non intercessisset, homo fieret an non? Nam de eo quod mortalis homo non fieret, quod mortale corpus non assumeret, nisi p̄ctm̄ accidisset, propter quod & nos omnes facti sumus mortales, nulli dubium est, nulli nisi infideli incognitum est. Illud quaerimus, utrum hoc futurum, & humano generi aliquo modo necessarium erat, ut deus homo fieret, caput & rex omnium, ut nunc est, & quid de hoc respōdebitur? Nimirū de oibus sc̄tis & electis certum est, quia nati fuissent omnes, & soli, si non accidisset illud p̄ctm̄ primae praevaricationis. Hinc pater Augustinus in libro quarto decimo de ciuitate dei. Quisquis autem dicit primos homines non coituros fuisse nec generaturos nisi peccassent, quid dicit, nisi propter numerositatem sc̄i orū necessarium hominis fuisse p̄ctm̄? Si enim non peccando soli remanerent, quia sicut putant, nisi peccassent, generare non possent, p̄ctm̄ ut nō soli duo hoies iusti possent esse, sed multi, necessariū p̄ctm̄ fuit. Quod si credere absurdū est, illud potius est credendū, qd̄ sanctorū numerus, quantus cōplendae illi sufficit beatissimae ciuitati, tātus existeret: & si nemo peccasset, quantus nunc p̄ dei grām de multitudine colligitur p̄ctōrum, quo usq; filij seculi huius generant & generant. ¶ Cū ergo de sanctis & electis oibus dubiū nō sit, qd̄ nascituri foret oēs, usq; ad p̄finitū numerū sc̄m̄ p̄positū dei, quo ante p̄ctm̄ benedicēs: Crescite (ait) & multiplicamini: & absurdū sit putare, qd̄ p̄pter eos, ut nascerent, p̄ctm̄ necessariū fuerit: qd̄ de isto capite & rege oim̄ electorū angelorū & hoim̄ sentiendū, nisi qd̄ & ip̄e maxime cām necessariā nō habuerit ip̄m p̄ctm̄, ut hō fieret ex hoibus deliciis suae charitatis habiturus cū filijs hoim̄. Ip̄e est em̄ sapia dei, quae de isto suo p̄posito dicit: Dñs possedit me initio uiarū suarū & c. quae ita cōcludit. Quādo appendebat funda mēta terrae, cū eo erā cuncta cōponens, & delectabar p̄ singulos dies, ludēs corā eo omni tpe, ludēs in orbe terrarū, & deliciae meae eē cū filijs hoim̄. ¶ Tanta charitatis p̄positum, quo p̄posuerat deus dei uerbū deliciarī cū filijs hoim̄, formā habendo circūscriptā ex natura humana, in medio angelorū et hoim̄, mirū et adoratōe dignū, qd̄ nō euacuaui ex aduerso ueniēs p̄ctm̄, imō iam tūc factū est illud, qd̄ alibi siue aliunde dictū est. Vbi autē abundauit delictū, sup̄abundauit gratia Vbi namq; abundauit tm̄ tantae praevaricationis delictū: ubi sup̄ mortē animae, qua mortui fuimus in illis parētibus nostris, p̄ illud originale p̄ctm̄ accessit mors altera, mors, s. corporis prouidētia dei, dicentis ad hominem, quia terra es, & in terram ibis: gratiosum accessit p̄ceptum patris ad charitatem filij obediētis, quatenus ip̄e filius talis fieret absq; p̄ctō, quales nos p̄pter p̄ctm̄ facti fueramus, id est, nō solū nram, quam proposuerat assumere naturam, offensus non refugeret, uerū etiam p̄pter nos usq; ad mortē nostrā descēderet, qd̄ eum maxime deceret, quē admodū (ut iam meminimus) Ap̄ls dicit: Decebat enim eū p̄pter quē omnia, & p̄ quē oia, q multos filios in gloria adduxerat, autorem salutis eorū p̄ passionē cōsummari. In hac ergo consummatione, in eo qd̄ p̄ passionem cōsummatus ē ip̄e autor salutis nostrae, pondus est paterni p̄cepti, decus ē obediētiae filij, paternae dilectōis, de quo idē Ap̄lus dicit: Humiliauit semetip̄m factus obediēs usq; ad mortē, mortē autē crucis. Et alibi: Qui etiā pp̄rio filio suo nō pepercit, sed pro nobis oibus tradidit illum. Et ip̄e filius ip̄a nocte qua tradebat, ait ad discipulos suos. Sed ut cognoscat mundus, quia ego diligo patrē, & sicut mandatū dedit mihi pater, sic facio. ¶ Et quia p̄ charitatem pater hoc mandatū dedit, & per charitatem filius obediuit usq; ad mortē crucis, ipsa autē charitas sanctus est spiritus, eorundē patris & filij, recte & uenerabiliter idē Ap̄ls ad Hebraeos dicit: Sanguis Christi qui p̄ sp̄m̄ sanctū semetip̄m obtulit immaculatum deo, emundauit consciam nostrā ab opibus mortuis, ad seruendū deo uiuenti. Hāc eius humilitatis & obediētiae gloriā magna gloria cōfestim secuta est. Nam p̄pter hoc deus illū exaltauit, & donauit illi nomē qd̄ est sup̄ omē nomē, ut in noie Iesu omē genu flectatur, celestium, terrestriū, & infernorū. ¶ Hic iam audire plurimū delectat illud, qd̄ idem Ap̄lus uerbo eleclois, q̄ gratiose, q̄ uenerabiliter intonat. Adeamus ergo cū fiducia ad thronū gr̄ae, ut misericordiā consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio, tpe oportuno. Fidentes nos eē uult, fiducia nos habere hortat, quae uidelicet fiducia nimirū uenerabilis atq; laudabilis ē quoniam

Responso
Augustinus
de ciui. dei. li.
14. ca. 23

Filius dei factus esset hō, etiam si Adam nō peccasset.

Prouerb. 8

Maxia charitatis dei erga homines

Rōm. 5

Heb. 2

Phil. 2

Rōm. 8.
Iohan. 14
Charitas p̄ris & filij & sp̄s sancti

Heb. 9.

Phil. 2
Adeamus cū fiducia ad thronū gr̄ae.
Heb. 4

quoniam fides eam cum dilectione, fides scientiam cum charitate habens operatur. ¶ Quid enim? Tu forte suspensa mente alta caelorum suspiciens, & illic intuens oculo contemplationis hunc altissimum dei filium, stantem siue sedentem a dextris dei, ad dexteram maiestatis in excelsis, tremebundus & magna formidine tactus in corde tuo dicis, Eheu, quidnam erit de nobis seruis iniquis, & scelestis, quorum propter scelera talis ac tantus dominus, tot & tantis affectus est commotus, ut melius usque ad mortem, mortem autem crucis? Cum hoc uel huic simile aliquid dixeris, non uane uideat tibi, quod ille (ut est mitis & humilis corde) ueraciter respondere possit, Nec ego talis ac tantus nunc existerem, nisi causa tui, nisi propter peccata generis humani: & reuera sic est, tamquam certum nobis esse debet, ac si ore proprio responsum eiusmodi daret aut dedisset. Ut quid enim homo iste siue filius hominis in deum assumptus, est? Ut quid passus uel mortuus est? Nonne pro impijs? Nonne pro inimicis? Videmus autem (ait idem Apollus) dominum Iesum Christum, propter passionem gloria & honore coronatum. Ergo impij & scelerati causa fuerunt ei ut coronaretur & sederet a dextris dei, coronatus gloria regni, honore Pontificij. Multum igitur debet impijs pro fidei eius ad pietatem conuersis, multum debet inimicis pro ipso deo reconciliatis. Hinc iure nobis fiducia, & fiducia nostra ipsi placet, quoniam iusta est, quoniam rationabilis est. ¶ Igitur cum fiducia (inquit) addeamus. Quo addeamus? Ad thronum gratiae. Magnifice dictum, uenerabiliter audiendum. Quid enim est thronus gratiae? Dulcius quippe ac delectabilius hoc sonat, quod dicit, ad thronum gratiae, quam si diceret ad thronum iudicij uel iustitiae. Et quid est thronus Christi filij dei, thronus est iudicij uel iustitiae & in hoc tempore magis expedit nobis, ut primum sit thronus gratiae. Quibus uel qualibus nobis? Nimirum peccatoribus, quorum (ait idem Apollus) primus ego sum, & gratia dei sum id quod sum. Denique & eius consecutionis, de qua cum praemisisset, quod iam dictum est: addeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae, primum subiunxit, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno: magnam in seipso sciebat experimentum, quia cum fuisset peccator & blasphemus consecutus erat de illo throno gratiae duo haec, misericordiam & gratiam: misericordiam uidelicet remissionem peccatorum: & gratiam, scilicet in super apostolatū. Hoc nunc interim opus siue officium est, non tam iudicij sedentis in throno iudicij siue iustitiae, quam Pontificis summi, sedentis in throno gratiae: futurum autem est, ut sedeat iudex in throno iudicij, sedeat rex in throno iustitiae, quoniam reuertetur quatuor animalia haec, siue quatuor unius animalis facies, de quibus nobis haec enus sermo est. ¶ Reuertentur enim modo quodam, & non reuertentur. Vtrumque enim in Propheta scriptum est. Non reuertebant (ait) cum incederet, sed unum quodque eorum ante faciem suam gradiiebatur. Et subinde: Et animalia ibant, & reuertebant in similitudine fulguris choruscantis. Quo ergo modo non reuertentur? Eo nimirum modo non reuertentur, ut Christus, qui semel passus est, iterum patiatur. Quo autem modo reuertentur? Memoriter quippe tenendum quatuor unius animalis facies esse unius Christi quatuor sacramenta haec, quae Christianis non ignorare non licet, incarnationem, passionem, resurrectionem, ascensionem. Eo utique modo, ut sedeat in nouissimo die in sede maiestatis suae, filius hominis cum insignibus suae passionis, scilicet cum cicatricibus uulnere, quae in manibus & pedibus suis, & in latere suo suscepit, & de modo staret omnibus, quia resurrexit in ueritate carnis, & faciat cum omnibus electis suis, qui erunt a dextris, illud quod dictum est in Cantico Deuteronomij. Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. De utroque hoc, scilicet de non reuertendo, & de reuertendo idem Apollus dicit: Neque ut saepe offensus semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno, alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione saeculorum ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc iudicium: sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem. ¶ Quod cum dicit, non abrequaerat aliquis. Quid factum est haecenus uel nunc sit omnibus sanctis, qui expectauerunt eum ab origine mundi, si tunc apparebit? Nam apparebit, de eo dicimus quod nondum uidemus. Quid ergo factum est illis? Nunquid nondum uidetur gloriam domini, gloriam & honorem huius filij hominis, sedentis a dextris dei? Ut quod ergo tantopere desiderant peregrinari a corpore, nisi ut praesentes sint ad deum? Ut quod cupiunt dissolui, nisi ut cum Christo sint? Quo ergo nunc dicit, secundo apparebit expectantibus

Gal. 5
1. Cor. 3
Obiectio contra fiduciam illam

Responso

Mat. 11

Heb. 2.

Addeamus ad thronum gratiae.

1. Tim. 1.
1. Cor. 15.Animalia illa quae
tuor. reuertentur
& non reuertentur
Ezech. 1.

Deu. 32

Heb. 9

Questio de beatitudine sanctorum iam olim defunctorum
2. Cor. 5.
Phil. 1

Responsio. *se in salutem? An forte propter illos dicit, qui tūc in corpore praesentes erant, iuxta quod*
1. Thess. 4 et ad Thesalonicensis dicit, deinde nos qui uiuimus, qui reliquimur, simul rapiemur cū
1. Thess. 4 illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Et hoc quidē
1. Thess. 4 recte sentitur. Veruntamen & de omnibus sanctis, qui peregrini a corpore, praesentes sunt
 ad deum, nihilominus recte dicas, quia expectant eū, recte (in q̄) dicas, quia & uident eum,
 & expectant eū. Nondū em̄ toti uident eū, nondū in carne sua uidēt deū. Hęc est expecta-
 tio illorū, ut in carne uideāt deū. Scio enim (ait B. Iob) quod redemptor meus uiuit, & in no-
 uissimo die de terra surrecturus sum: & rursum, circūdabor pelle mea, & in carne mea ui-
 uo. *10. 19.* Pro huiusmodi expectatione recte intelligis dictum, se-
 cundo apparebit expectantibus se in salutem, & qualis rogo tūc erit eius apparitio, quali
 cum uoce gloria dñi, quanta cum cōmōtione apparebit? In iussu em̄ (ait idem Ap̄tus) & in
 uoce archangeli, & in tuba dei descēdet de caelo, & mortui qui in Christo sunt resurget pri-
 mi. Magnus erit ille rugitus leonis, tenētis atq; amplexantibus praedam, scilicet sanctos & ele-
 ctos oēs constitutos à dextris, quorū omni multitudine diabolū spoliatū & rugientis su-
 per illos qui à sinistris erunt, tali rugitu ut dicat: *Mat. 27* Ite maledicti in igne aeternū, qui paratus
 est à diabolo & angelis eius, postquam dixerit à dextris: Venite benedicti patris mei. Tūc
 sicut ad beatum Iob dictum est: *Iob 40* Videntibus cunctis praecipitabitur ille Behemoth, quod
 duplex leo. interpretatur animal, scilicet diabolus, leo cōtrarius, leo dictus propter feritatem: nam iste
 qui rugiet super eum, & suo rugitu praecipitabit eum, leo dicitur propter fortitudinem.
 Facies aquilę post extremū iudicium. *Mat. 13* Cum hoc factum fuerit, tunc demum omnis rugitus magni huius leonis cessabit, cau-
 sam deinceps propter quam rugiat non habituri, uidelicet ablati de regno eius omnibus
 scandalis: & tunc facies aquilę sublimius euolabit, pariter uolantibus & sequentibus, quo-
 rum cunquę ierit, pullis eius omnibus, bene adultis, & bene probatis, quod non degeneres sint,
 ualentes, & digni oculis apertis inspicere, summam claritatem solis aeterni, uidere facie ad
 faciem gloriam summę diuinitatis, gloriam beatę trinitatis, unius dei, patris & filij & spi-
 ritus sancti. *1. Cor. 13* Quid amplius de facie ista, scilicet facie aquilę dicere possumus? Longi-
 us enim supereminet, quam ut uisu nostro consequi ualeamus, quā diu in hoc mortali
 corpore peregrinamur. Hoc tantum dixisse libet, quia uisio faciei huius, uisio claritatis filij
 dei, quam uidebunt illi beati, secundum hanc orationem ipsius, pater, quos dedisti mihi, uo-
 lo ut ubi ego sum & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam quam dedisti mihi, quia di-
 xisti me ante constitutionem mundi: uisio inquam illa, uidentibus ignis erit. Nec qualiscū-
 q; ignis, imō & caminus erit, iuxta illud Esaia: Dixit dñs, cuius ignis est in syon, & cami-
 nus eius in Hierusalem. Deniq; in syon, id est, in praesenti Ecclesia, quantuluscunq; ignis
 est: cognoscere ex parte, uidere per speculum & in aenigmate. At in illa cœlesti Hierusalē
 uidere facie ad faciem, caminus est: inastimabiliter magnum aeterni amoris incēdium est,
 habens quatuor inconsumptibilia fomenta hęc. Propter quem om̄ia & per quem om̄ia, q̄
 multos filios in gloriā adduxerat, autor salutis eorū p̄ passionē cōsummatu est. Nōne isto-
 rū cōsideratio, siue frequēs meditatio, quēdā facit amoris ignē in ista syon? In primis de
 eo, qđ primū positū est, p̄pter quē oīa interrogo. Nonne dū istud consideras, nōne ex sub-
 iacente fidei scintilla suscitatur in te lucida iocundę dilectionis flamma? Quid enim? Pater
 optimus, dum unicum in secreto sui pectoris haberet filium, thesaurizare uoluit illi thesau-
 ros auri & argenti, lapidūq; pretiosorum, & omnis bonę suppellectilis, & edificare palatium
 regni, cunctaq; prouidere ministeria regalis curię, exercitum copiosum, familiam numero-
 sam, duces, praefectos, tribunos, ac centuriones, seruos, & ancillas, seu clientes ac ministros
 qui pulchra uarietate distincti, astarent ei sedenti in medio ipsorum, ac deseruirent in ordi-
 nibus suis. Idcirco fecit hęc omnia cœlum & terram, cœlum inuisibile replens angelo-
 rum agminibus, terram autem tot & tantis humanę creaturę generationibus, in quibus
 sumus & nos. Quis ad hęc non respondeat, quia uel sola causa hęc magnam dilectionem
 exigit magnę nos illi dilectionis ac deuotionis debitores facit. Adde quod secundo lo-
 co dictum est, per quem omnia. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est
 nihil. Si omnia, utiq; per ipsum inter omnia. Adde quod tertio loco dictum est, qui mul-
 tos filios in gloriā adduxerat. Vn̄ em̄ & sol⁹ ip̄e dei filius erat, sed noluit sol⁹ remanere, imō
 uoluit

uoluit multos fratres habere, q̄s & añ oia secula sibi cōformes facere, id est, in gloriā filioꝝ dei adducere prædestinauerat. ¶ Adde q̄ illū optime decebat, q̄ cū perissent in Adā tot filij dei, fratres sui, ip̄e autor salutis eorū per passionē cōsummatuꝝ est. Quanta dilectione digna sunt hæc: Nimirū propter hæc nō diligere illū, nimia gratitudinis est, summa nequitia est. ¶ Quasi ligna hæc sunt, subiecta semperq̄ subijciēda in altari, ad nutriendū sanctæ huius dilectōis seu iusti amoris ignē, sic ut in sc̄tā & mystica lege scriptū ē. Ignis i altari semper ardebit, quē nutriet sacerdos, subijciens mane ligna p̄ singulos dies, & imposto holocausto desup̄, adolebit adipēs pacificoꝝ. Ignis est iste perpetuus, qui nunq̄ deficiet in altari. Et nunc quidē in Syon, id est, in præsentī Ecelesia (sicut iam dictū est) dilectio hæc, siue amor iste ignis est: sed nondū tātus, ut caminus iure dici possit. Caminus illic erit ubi præ magnitudine amoris, & torrente uoluptatis illi beatæ Hierl̄m. f. sanctoꝝ atq̄ electoꝝ oim̄ uniuersitati, nihil aliud q̄ deū cogitare aut respicere uacabit. Holocausta sup̄ hunc ignē, & adipēs pacificoꝝ, laudes & gratiarū actiōes erunt: à quibus nunq̄ cessare poterunt. Nam beati, qui habitant in domo tua dñe, in secula seculorum laudabunt te, Amen.

Rom. 8
Tit. 1
Autor salutis eorum.

Ignis p̄petuꝝ in altari
Leui. 6

Qualis status beatorum

Psal. 25,

EXPLICIT LIBER REVERENDI DOMINI ABBATIS

Tuitiensis, & piæ memoriæ Roberti siue Ruperti. De gloria & honore filij hominis. Liber eodem, ab optimis q̄bus sc̄p̄ iam diu desideratus, & à nemine non studiosissime reuolendus.

HYMNVVS SEV ORATIO. RVPERTI AD SANCTVM

spiritum, cuius mentionem facit libro duodecimo. Qui decantari potest sicut & hymnus ille, Veni creator spiritus & cætera.

D eus meus & dñs,	Vt mortuus obruitur,	Meloptimū uinum bonū
Tu es ò sancte sp̄s,	Vt resurgens egreditur	hoc uile reple uasculum,
Arma mea, scutū meū	O deus nostris auribus,	Et erit uas in gloria,
Veni in adiutorium.	Audiuimus, p̄fes nostri	Quāq̄ testa sit lutea
Tu patris indulgentia,	Opus quod operatus es,	Ignis dei, quo angelus,
Tu uera Christi charitas,	Annunciauerunt nobis	Et qui homo est & deus,
Ex te fuit consiliū,	Dum processisti igneis	Stans iuxta aram, aurcum
Saluationis hominum.	In linguis à throno dei.	Repleuerat thuribulum.
Traxisti de cælo deum,	Vt terra cælum fieret,	Purifica preces meas
In uterum foemineum,	Vt dii essent homines,	Incensa mea concrema,
Tu es amor, per quem deo	Tonant ergo miraculis	Vt ascendat ante deum,
Coniuncta est nostra caro.	Verbis pluunt cæli noui,	Fumans odor aromatum.
Fecisti domum corporis	Quā terra bibens pluuiā	Da oculos ut uideam
In matre filio dei,	Nouam concepit grām	In maxilla leuiathan.
Septem columnis æditam	Inde per orbem geniti	Foramen armillæ dei,
Per septiformem gratiam.	Adoptionis filij.	Maria per quod exijt.
Virga lesse flos ortus est,	Abba pater in te deo	Dux bone præbe ualidum
Super quem requiesceres,	Clamamus sancte spiritus.	Compunctionis gaudiū,
Cum tuis septem oculis	Magnæ sunt istæ domine	Quo castra pœnitentium
Vnus lapis apparuit.	Tuæ misericordiæ.	Regno dei uim faciunt
Tot cornibus, tot oculis,	Quæ spem meā resciant,	Te duce patris facies,
Præmuniens agnum dei.	Vt inuocem nomen tuum.	Et filij uidenda est.
Opponis hunc in prælio	O fidei signaculum	Et tu ab illis profluus
Vrso, Leoni, Colubro,	Aduocate fidelium.	Fons uitæ, pacis fluius.
Et sicut mori uoluit	Lux ignis & fons luminis	Et nunc tibi pio deo
Nos quoque doces commori.	Audi uocantem & ueni.	Et pio sit laus domino.
Dum uiuos aqua sepelis	Vides uim mei frigoris	Et gratiarum actio
O artifex mirabilis.	Scis glaciem mei cordis	Cum patre & cum filio.
Pro sepulturæ triduo	Sed aspira paraclete	Amen.
Fit tui rei merito,	Si flaueris, fluent aquæ,	